



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Orthographiae || Ratio**

**Manuzio, Aldo**

**Venetiis, 1566**

Prasestanti. Viro Avrelio. Portvlacae Aldvs. Mantivs Pavlli. F S. P. D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13350**

PRAESTANTI . VIRO  
AVRELIO . PORTULACAE

ALDVS . MANVTIUS

PAVLLI . F

S. P. D

O LI putare, Portulacā huma-  
nissime, quod a te absim, sa-  
tis longo disiunctus interuallo  
non haerere in animo meo stu-  
dia, & officia erga me tua: quae cum co-  
gito, (cogito autem saepissime) ali-  
quid esse mihi uideor; cum tamen, pla-  
ne me nihil esse, & sentiam, & inge-  
nue confitear. amari enim omnes uo-  
lunt; & hoc est sane maximum commu-  
ni Vitae praesidium: qui uero a p̄rae-  
stantibus uiris, idest, a tui similibus  
amentur, & paucissimi sunt, &, qui-  
bus cōtingit, ii summum quiddam, sum  
meq. expetendum, assequuntur. nam  
ut omittam ea, quae Externa bona di-

A 2 cuntur

GRIV. LIBRARIA  
cuntur, quae optabilia potius, quam  
laudabilia, sapientissimi homines iure  
optimo existimarunt: nobilissima fa-  
milia, claris parentibus, auis, maiori-  
bus te esse natum; fratres habere egre-  
gios; in quibus excellit Vincentius, o-  
mni uirtute insignis, iuris autem pru-  
dentia, & Latini sermonis elegantia  
cum paucis admodum conferendus  
florere opibus, propinquis, affinibus  
amicis: haec, inquam, ut omittam  
quae Tibi sunt amplissima, & attingam  
ea, quae tua propria sunt; quis te uno  
humanior, facilior, benignior? quis  
eodem grauior, prudentior, tempera-  
tior? quae cum per se clara sint, illu-  
striora tamen, & maiora fiunt, additis  
eloquentiae, doctrinaeq. non vulgari-  
bus ornamentis. itaque consuetudi-  
nem, & amicitiam tuam, omnes expe-  
tunt: Pontifex uero Maximus, Pius  
Quartus, sapientia pariter, & maiesta-  
te summus, maiorem in modum te di-  
lexit, in primisq. carum habuit. quis  
uixisset

uixisset, animi erga te sui clarissima si-  
gna apparuissent. quod tamen & hoc  
Pontifice, omni uirtute cumulato, o-  
mniumq. illarum artiū, quibus ipse non  
mediocriter excellis, amantissimo, quin  
futurum sit, nemo dubitat. Pater qui-  
dem meus, quem saepe de te praedi-  
cantem audio, & summa omnia tibi cu-  
pit, & quae cupit, eadem fore confidit  
Ego autem, tua captus humanitate, tua  
virtute adductus, Patris etiam iudi-  
cium, & uoluntatem, secutus, obseruan-  
tiam, ac benevolentiam in te meam  
omnino etiam Posteris, si modo id asse-  
quar, declarandam putau, dicato Tibi  
diligentiae, ingeniiq. mei, fructu perexi-  
go. nam, cum ad illustrandas Vete-  
rūnotas, quae plerisque sunt obscurae  
aliquid, atque adeo multum, laboris  
& industriae, contulisse: quidquid  
operis hoc fuit, exire tuo nomini in-  
scriptum uehementer optau: ut, &  
quo sim in te studio, & quantum tibi de-  
bere me putem, tu ipse primum, deinde

A 3 ceteri

ceteri omnes intelligent. Vale

Venetiis. &c DLXVI. Idibus Febr.

qui mihi primus dies est anni XIX

13970

三

# VETERVM